

*Disseratio  
Sistens  
Theoriam Mentis Humanae  
Revelatione Excultæ,*

---

Cujus  
Partem V.

*Consens. Max. Vener. Facult. Theolog. Aboëns.*

*PRÆSIDE*

**JACOBO BONSDORFF,**

*S. S. Theol. Licent. & Profes. Reg. & Ordin.*

*Publico examini modeste offert*

*Respondens*

**DAVID HIPPING,**

*Stipend. Ark. Nylandus.*

*In Aud. Phys. die XIII Jun. A. MDCCCVII.  
H. A. M. S.*

---

A B O Æ , Typis Frenckellianis.



ratione vero ad Deum, utpote benignissimum humani generis leglatorem, ejusque amorem & providentiam transfixa, ingenter ex infirmitate sua ac impotentia velut renasci mentem ipsam humanam, novasque indies ex uno hoc gratiosissimo veniæ adflatu ad omne virtutum sectandarum genus agere posse radices, longe testatissimum est. Verum enim vero quæ temeritas multorum inest conatibus, dignitatem humanæ naturæ sine numinis providentissimi extolleandi idea, ea quoque multo infelicius ad summa Christi beneficia infringenda haud raro transfertur. Sublato autem sensu ipsius numinis, tollatur quoque non modo moralitatis ultimum, quo suffulciatur, fundamentum verum etiam summa felicitatis, quam in amore & approbatione Divina fruenda jure ponimus, idea necesse est. Referatur omnino universa hæc quæstio, de moralis nostræ naturæ perfectione & auctoritate in constituenda nostra salute, ad ipsam experientiam & historiam, cui tantopere non est adversandum. Vix enim candidus ullus inficias ibit, omne licet ex virtutis natura & interna rationis lege desummat in suis perficiendis facultatibus adjumentum, maximam tamen partem ad ipsum non pertingere honestissima sua conamina, sed in votis hæceræ ac imbecillitate; contra vero sensualem hanc, qua instructi sumus, naturam irrita saepiuscule reddere rationis præcepta, & continuis animum exponere peccandi illecebris; hincque prono fluore alveo, rationem ipsam ægrogantem in extremo versari discrimine, siue ei a justo legum vindice quidquam sperandum aut metuendum. Neque prius quam hunc deposuerit metum, hunc agitatæ mentis horrorem atque pungentem conscientiæ scrupulum, impedito licebit viam virtutis incedere gressu c). Nec est quod in his animi defecti.

O

defecti.

\*) Bene & apposite STÄUDLIN in libro Lehrbuch der Dogmatik p. 269. "Wenn irgendwo eine Götliche Offenbarung erwünscht und

defectibus ærumnisque ad consilia tantum nostra, sive proposita bene agendi jamjam frustrata, provocemus, pro mentis recuperanda tranquillitate; Quod male semel factum est aut prætermissum, non eo quidem restituitur nec tristens subterfugit memoriam nostram, quod aliam habuerimus intentionem aut in posterum melius exsequi conemur; etenim 'quo semel est imbuta recens, fervabit odorem testa diu', in ipsa vitiiorum recurrente indies acerbitate meminisse juvabit. Quid ergo ad amplexandum solatii loco anquirit imbecillima mens, semetipsum nullo modo ad miseriam tollendam sufficere conscientia? Quid querunt mortales præsidii a legis ipsius sanctitate aut fragili virtutis tantopere migratæ votο? Frustra certe hæc sunt & a lia proprio velut marte conquisita exagitatae mentis lenimenta; quare merito extra mentem ipsam eadem reperiri, nec ultra Divinam gratiam sapere unquam posse humanum genus aut progredi, a cordatiorum omnium concludimus experientia & sensu.

Redeamus porro ad historiam hominis sive prima generis nostri & religionis incunabula, nec quidquam magis in votis fuisse cernimus bonorum omnium, quam certo quodam testimonio Divinam ut experirentur in remittendis infirmitatibus gratiam. Percurramus ingentia illa Paga-

wahrscheinlich ist, und wenn irgendwo der Glauben an sie vertheidigt werden kann, so ist es hier; denn der Mensch ist gar zu geneigt, vor der Göttlichen Strafgerichtigkeit zu erzittern, dadurch seinem Muth zum Guten niederschlagen zu lassen oder auf allerley abergläubische und zweckwidrige Mittel zu gerathen, um Gott zu versöhnen, oder von der andern Seite sich Gott als ein weiches und nachsichtiges Wesen zu denken. Es wird ihm gar zu schwer, sich den Sünder zugleich als Gegenstand der Göttlichen Gnade und Strafgerichtigkeit, und diese beiden Eigenschaften Gottes in ein Sammung zu denken.<sup>22</sup>

Paganismi intervalla, quibus tot externis adminiculis, totque symbolorum generibus, sacrificiis, lustrationibus, precibus ac castigationibus innumeris, Deorum anhelare favorem mitioremque censuram, probiores in gente superstitione nunquam intermisserunt; frustrane hæc omnia piacula & usu quodam suo exhortativo destituta fuisse clamabimus? Verum quidem est, sacrificalem theoriam Veterum, satis jejunani dedisse ideam religionis & Numinum, utpote que non sine sanguinis cruento & adipe sacrificiorum satiari aut mitigari crederentur; mirum quoque est, quam frequenti sib⁹ anthropopathia, nec ea semper honesta satis, Dii gentilium adumbrentur humanis induris sensibus affectibusque, immo in ipsa calamitatum & rerum sensibilium communione constituti; quod quidem fingere, radioris ac minus politi erat ingenii. Quin tamen omni caruisse fundamento hos mores veterum sacros censemus, verat nos ipsa eorundem origo & causa, quippe quia manifesto imperfectionem humanam ex altera. Divinam vero gratiam ex altera parte symbolice significabant. Atque tanto minus Leviticum Judæorum cultum penitus otiosum ad meliores sensus imbuendos fuisse, fas est existimare, quanto certius constat, saniores ex hac gente, externos plerosque ritus ad piam Divinorum beneficiorum retulisse memoriam. Qui vero de vulgi & antiquarum gentium religione tantos effundere solent cachinnos, oblii ut plurimum esse videntur, quacum animi anxietate castioribus semper conflictandum fuerit, quidque cœrimoniæ receptissimæ in sinu velut geslerint suo, ad corroborandam exhibetandamve mentem accommodatum. Neque sapientiores ex ipsa philosophorum turba, quorum instar exempli eminuit Socrates, omnem e religione exterminare symbolorum usum potuere, quibus gratiam inirent Supremi, ac imbecillitatem quodammodo expiatent suam. Quæ vero eorum de vera in Deum fiducia

deprehenditur summa titubatio, ridendane an condolenda? Immo ad stuporem usque cernere licet certantes secum contrario pietatis & imperfectionis, spei atque horroris sensu sagacissimos quoslibet antiquioris ævi homines; atque omnia, quæ ad numinis placandi animique, æruminis exantlati, sedandi modum excogitarunt aut pie professi sunt instituta, plenam non potuisse inferre scelerum sive expiationem sive detestationem, luce clarius est.

E tantis autem, quum felicissimo omni explicaret animos anfractibus Diva Christi doctrina mirabilisquæ vitæ exitus, propensissimo mox amplexabatur sinu hunc novum doctorem, hunc salutis restauratorem orbis, suamque non modo e tetrica caligine ac vitiorum spurcissimata, verum etiam peccatum formidine tristissima factam restitutionem, Illius & vitæ & mortis exemplo retulit acceptam. Neque objici merito poterit, primos ex Ethniciis Philosophis, qui Christi amplexabantur doctrinam, superstitione quadam aut coeca fide actos fuisse, ut potius scripta eorum legentibus clarum erit, eosdem, veritatis investigandæ cupidissimos, præter cetera fidem extorquentia argumenta, in ipsa crucis doctrina tristissimam non modo & solennem deprehendisse novæ Religionis inaugurationem, verum etiam Divinæ gratiæ celestissimum symbolum, humani generis promovendæ saluti efficacissimum.

Hinc ergo moralitatem ipsam invictum suum sortiri posse solamen ac robur; hinc causam esse arcessendam, cur Divino Numini tanto cum amore confidere legibusque ejus obtemperare possimus. liberius pronuntiare convenit. Humani generis peccata sustulit Christus, hoc vero est, veniam peccatorum nobis impertit & innocentissima sua obsignavit morte, quia sic dispoluit Deus, & in

in gratiam suam redire svasit, non objurgando anteacta, sed ineffabilem suum in expungendis vitæ delictis aperiendo amorem, immo quoque futuræ vitæ rationem ac fatu confirmando. Quamdiu ergo non cessant mortales, utpote sensuum fraudibus nec non pœnarum excrucianti metui subjecti, Divina misericordia, stimuli instar ad novam vitæ ferentis emendationem, jugitur indigere, atque Divina hæc de saluturi Jesu morte doctrina, fide sua historicæ nunquam defraudari possit; tamdiu piis inhæreat mentibus, ultimum hoc esse sub ipsa, quacum indies lutet mur et angimur vitium debilitate, sub ipso sanctitatis incitatissimo studio, in ipsis vitæ & morum continuis periculis, immo in agone mortis salutiferum Divini amoris symbolum a). Age vero, pretiosissimam hanc posthabeas veritatem,

- a) Non iij profectio sumus, qui præcipitanti aut frivolo judicio aliorum taxamus, multo minus condemnamus contrarias sententiæ, in ipso haec nobilissimæ veritate dijudicanda conspicuas; neque inique negamus, multa esse in tota haec materie, per ipsam controversiarum occasionem, recentiori aeo melius ac antea examinata; immo ipsis contrasentientibus acceptum referimus, quod multas otiosas jure exploserint disceptationes; Quin etiam haud refragabimur, si beneficia Christi, quæ duplicitis generis, & ad redimendum, b. & liberandum humanum genus a vitorum imperio, & ad veniam peccatorum procurandam, fuisse, uberrima loquuntur dicta biblica, ad unum velut congerere quis voluerit caput, (quemadmodum haud paucis plaeuit) dummodo de ipso effectu rite constituerendo convenient, riteque doceatur, mortem Christi cum remissione proxime fuisse conjunctam, seu quod idem est, doctrinam de remissione & condonatione peccatorum in ipsa salutari hæc Jesu morte conspicit totam; Interim tamen, quum usu veneris, hanc alias que veritates desultoria quadam levitate sapientis infestare, nec ubi veritas ipsi lateat penitus indagare, neque analogiam naturæ pleniæ scrutari aut ex anfractibus suis eruere, sed uno conflictu, quod per subitaneam non percipi possit mentis vagabundæ attentionem,

veritatem, qua quæso temet in vitæ tristissimis consolaberis discriminibus, post tot frustrata virtutis studia, tot  
vitiorum

---

proscribere, illudere, atque opprobrio proscindere; haud impetrare a nobis potuimus, quin nonnullis adhuc laudatam doctrinam confirmemus & in foro philosophico vindicemus animadversionibus. Abstinendum omnino esse a terminis v.gis, rem universam male explicantibus, libenter concedimus; sed hanc vicissim expetimus cautionem modestiamque, ne exquirimus & fere axiomaticas locutiones sive sententias ad longe alium distorqueant alii sensum, quam verba per se fundunt. Quis enim est, quin ubi de remissione ac veria peccatorum sermo sit, Divinam gratiam in poena condonandi conspicuum ex sensu communī mox cogitet; quis ulteriore anxie postulabit explicationem verborum: Christum mortuū esse pro peccatoribus, aut liberasse nosmet a peccatum metu aut conciliaste cum Deo, ceter. quibus palam est indicari, consummatissimam nobis per Christum contigisse spem impunitatis? Atque "iniquum est, hos qui in morte Christi caussam hujus veniae querendam defendunt, accusare, quod piām quandam ignaviam alant & male securos reddant homines; hoc enim non valet, nisi de his, qui sinistre intelligunt ac depravant sententiam, quæ recte capta & exposita, vel eo ipso, quod simul phantasiam occupat, magnam omnino vim habet vivum quendam horrorem vitii, serium ac sollicitum recti studium, animis incutiendi" verbis utimur Cel. HENKE in Lineam. Institut. fid. Christianæ, atque NIEMEYER in Handb. f. Chr. Rel. Leh. §. 195. Warum sollte man diese Beruhigung dem abstreiten, der lieber annimt, dass das Ganze eine sinnliche bedeutungsvolle Erklärung der Gottheit sey; dass sie zwar das Böse, ihrer Gerechtigkeit halber, nicht ungestraft lassen könne, sondern irgendwo strafen müsse, dabey aber ihrer Güte nach doch geniegt sey den Sünder zu begnadigen". Ceterum quum ipsius Christi vitam nobis exemplo propositam esse nemo non ingenuus fateatur, quidni morteni ejus exempli loco itidem recolamus constitutam? Quem, per doctrinam exactissimam uberrime satis & sub vita beneficentissima, constat Divinam nobis impertiisse celestis Patris gratiam, jusque sibi a Deo devolutum habuisse, peccatoribus remittendi, eundem sub agone ipsius mortis tanquam Divina misericordie testem vindicemque non amplectemur? Neque aliam multo pristini temporis miseram conditionem ab hodie-

vitiorum sive errorum acerbissima vulnera, post præcipitan-  
tem affectuum refluxum, sub tanta animi indies glilcente  
impotentia, atque sub sensuum innumera & diurna,  
quacum conflictandum est, fragilitate. Agant igitur secum  
mortales, agant philosophi candidius, & ad immentam Dei  
bonitatem pro mentis consequenda pace referant gradum;  
amplexari eam ne vereantur infallibili sub testimonio ac  
optime in sensus incurrente symbolo. Pervagentur univer-  
sam naturam, scrutentur occultissimos animi recessus, nec  
parcant falsis quibuscunque aut præconceptis opinionibus,  
quas forte invenerint. Sed hic tamen atqne illic divagan-  
ti occursabunt menti Divina illa fidemque omnem extor-  
quentia effata, Christum, hunc Divinæ præsentiae testem  
atque salutis vindicem, hunc solennem & omni eum festi-  
vitate a Deo ipso pronuntiatum futuri ævi judicem in  
signum amoris Dei ineffabilis mortuum contestantia. Ami-  
ci cujuscunque aut benefactoris non spernimus solamina,  
quibus vacillantem erigere animum & ad optimi patris ex-  
osculandam reducere studeat gratiam; qui ergo convenit  
celerrimo Christi testimonio hanc summam gratuitæ con-  
donationis, quam tanta miracula, tot argumentorum pon-  
dera, tamque clarissima ejus verba sponte nobis faciunt,  
derogare fidem? Plura vero de ipsis his effatis Christi &  
Apostolorum, ut quoque de modo ipso, quo per mor-  
tem ejus remissionem nanciscimur peccatorum, differere  
prohibet præsentis instituti ratio b).

## §. XIV.

---

nī illius indigentii fuisse, pater; quare nec Christi immortalia me-  
rita tantum ad Judæos Ethnicoque restringere, ut nuperime con-  
jecturam exhibuit LOEFFLER, sed ad totum humanum genus, qua-  
tenus ejus notitiam capere homines possint, extendere fas est.

b) Qui nomina & auctoritates tontopeie querunt, aut iis subsistere  
solent, adeant novissimam collectionem Henkianam Part. 2. Art. 6.

## §. XIV.

Universam igitur Religionem fastigium suum in Christi doctrina & morte attigile ex antea allatis patet. Propius jam ipsam morum Christianorum theoriam, unde moralitatem omnem perficere oportet, ejusque, exactissimam e revelatione oriundam dignitatem, certitudinem atque auctoritatem explicabimus. Est hæc ipsa salutis restituendæ & adipicandæ theoria s. ordo, quem multi quidem a morum doctrina divellere conati sunt, alii vero simplissimum atque primævum secuti tractandi modum, individuali nexo non tam cohærente quam potius in ipsa moralitate situm esse jure censuerunt. Quoties enim ad emendandam vitam sive pœnitentiam agendum per ipsam religionis nostræ theoriam excitamus, toties animi nostri sensus ac mores in censum veniant necesse est; immo difficile est perspectu, quomodo e peccatorum infelicissimo habitu renasci atque Divina per Christum promulgata beneficia amplecti possimus, nisi animus ipse cum suis sensibus ac moribus ad hoc saluberrimum consilium totus fuerit institutus &).

## Duplicem

Der nächste Zweck des Todes Jesu, von SCHLEGEL, & elegansissima scripta, SCHWARZ Über d. Tod Jesu als wesentliches Stück seines wohlthätigen Plans; STÄUDLIN Progr. de consilio mortis Jesu; THIEFTHRUNK Dilucidationes ad Theor. Rel. Christ. partem; ANON. Skizze einer Gesch. d. Menschen-Religion; JERUSALEM nachgelass. Schrift. I B.; FLATT von d. Versöhnung Gottes & G. FR. SEILER üb. vergebung der Sünden u. begnadigung durch Christum.

Sunt quidem multa, que pro tuendo discrimine Theoreticæ & Practicæ Religionis afferri soleant, inprimis que ex ipsa veritatem sive preceptorum ingenti deductuntur mole. Verum enim vero male hinc colligitur, ea lecerenda in systemate esse, quæ per natu-

Duplicem vero nobis præscripsit gratosissimum Numen Iulius ac morum, nimium & restituendorum & perficiendorum ordinem, illum ad deponendos peccati & infirmitatis quoscunque tentus, omnemque debellandam vitiorum. a sensuali nostra natura enutrâ tam, vim; hunc vero ad ejusmodi induendum animi habitum, qui ad perfectissimum Servatoris exemplum efficiens, cum Divina conspirat sanctitate & ex amore incitarissimo, veluti scaturigine, ad omnia officiorum pronus fertur exercitium; quamquam vero hanc brevissimam indicaverit animo humano corrigoendo ac perficiendo viam ipse Christus, quod ex frequenti ejus ad poenitentiam & fidem facta cohortatione palam est, longum tamen & per totum vitæ nostræ curriculum exacte non emeiendum hoc moralitatis esse spatiū, itidem constat. Qvanta enim est miseria & imperfectionis humanæ, quanta sensualis naturæ supereminens vis ad omnia, non modo rationis verum etiam Divinæ gratiæ, eludenda frustrandaque incitamenta; quanta vitium mentis hebetatio, quantus langor in veritate religionis adlequenda, immo quanta libertatis per pravam institutio-

P

nem

---

raon suam intime coherent. Etenim quæ agenda sunt etiam credere nos oportet, & quæ credere Divina institutio svalet, ea immensim vim habent in vitam nostram universam. Atque ipse legum Divinarum complexus, unde hauriens est, quam ex morum doctrina? Quod enim ex instituto Divino normæ inst & præscriptum est, id quidem aperte religionis efficit theoriam, quia continua est Divine legis, officiorum & morum Christianorum mutua relatio. Quin immo nullum incommodi hoc separatim religione & morum doctrinam trahendi genus peperisse, in aprico est. Teneore enim abrumpitur filum tractationis, quando in doctrina sanctitatis Christianæ (quæ tamen eadem est cum practica religione) generalissima tantum adferunt, specialiora precepta ad aliud quasi relegantes forum, aut omnino omnem de emendatione morali doctrinam & dogmatic-religione proscribunt, ut nuperius STAUDLIN in suo: Lehrbuch d. Dogmatik.

nem & exempla saepius oborta perturbatio! Retardato igitur gressu ad moralitatem procedere, nec unquam ad summum perfici culmen humanam posse mentem, tristis quidem est atque indubitata experientia; at vero cum mirabilia religionis nostrae perpendimus fata, consilium indolemque, continuos quoque ejus ad morum emendationem facile invenimus progressus, spemque hanc exiguum adprehendere nobis datur, fore, ut ex initiosis hisque jactis per Divinam Gratiam fundamentis olim, in perfectiori longius vita, intemeratum exoriatur moralis perfectionis robur. Vanitatis utique esset summae, hunc ascendere velle virtutis felicitatisque gradum, reprimendo velut sine perneggando animi ipsius infirmitatem, qua probe cognita vires omnes animi probe explicabuntur.

Restitutionem vero mentis, utpote primum in ordine salutis momentum, omnem involvere pravitatem agnitionem, horrorem & damni reparationem, sine qua nemo ad meliorem morum statum reduci, nec ulla moralitas obtinere locum potest, in propatulo est. Cui theoriae summopere necessaria dignitatem omnem Christi religione allatam esse, tacente prols & tricis innexa, quin immo tenebris obvoluta omni antiquiorum philosophorum industria, ex ipsa hominis historia uberrime patet. Recognoscamus enim fluctuantia illa de vera actionum & humanae naturae indole judicia, exilia virtutum encomia, contra vero, vitiorum fere omnis generis splendifissima nomina laudesque, in ipsa religione contemtum Deorum, fastum Catonis humanitati ipsi e diametro repugnantem, ebrietatem, lasciviam, tcelestos amores, luxum, in muliebrem sexum prols inauditam crudelitatem, in infantes, fervos atque devictas gentes barbarum saeviendi genus, autochiriam, infanticidia, pravam mentendi consuetudinem viro honesto non prols indignam  
sep-

reputatam; cogitemus crudelitatem non modo in brutis animantibus, verum quam maxime in ipsis hominibus vilioris fortis tractandis, quos in ludis gladiatoriis, horrendis hisce spectaculis privatim ac publice institutis, inhumaniter & bestiarum more ad cruentam damnarunt eadem, voluptatis quippe causa, nobiliores ac potentiores; ceteraque ejus generis ne anda vitia cogitemus toties inter philosophos ipsos, in foro, in templis atque palatiis, virtutum sub nomine resonuisse, immo ad usum venisse tristissimum; pudicitiam vero & castitatem, misericordiam, pietatem & quæ cetera sunt, ad muliebrem relata fuisse infirmitatem; Quis talia in scriptis antiquorum legens atque relegens non horret, quis temperet se a lacrimis? Expectandumne erat ipso sub florentissimo ævo Alexandri Magni, Augusti sive cujuscumque alius, ut mores hi depravati ad primævam suam restituerentur dignitas, quam contrariis conatibus ad cœlum ipsum efferrentur tot conturbatae mentis deliria, atque sacerdotum ipsorum officium non haberetur, instruere plebem de vera virtute lectanda, sed superstitionis tantummodo insistere ceremonias. Non tamen parca solet esse ethnicomania hodierna in conquitendis antiquæ religionis laudibus; & ut verum fateamur, sunt omnino hic atque ibi philosophorum in scriptis dispersa verioris semina moralitatis, imprimis ubi de amore in patriam, pietate, fortitudine, iustitia, beneficentia, amicitia, continentia, aliisque domesticis agatur vitæ rationibus; ad sensuum tamen omnem detegendam atque debellandam fraudem, ad compescendam universam depravationem, parvam omnino immo nullam contulerunt symbolam. Sunt quidem egregia Senecæ aliquisque monita: "initium est salutis notitia peccati, nam qui peccare se nescit, corrigi non vult" b), sed ad usum ipsum

---

b) Dubium tamen est, quid & quantum non modo Seneca verum

ipsum cum devolvantur, en miserum cum pravissimis libidinibus conflictum, continuum inter Atheismum & superstitionem fluxum, & publica delubra Bacchi, Cereris, Dianæ & Veneris foedissimis consecrata voluptatibus, quas omnes digne profligavit Christiana morum doctrina, quam tanto ardentius adoptabant omnes faniores, quo magis hoc ipsum in votis jam omnium erat.

Certitudinem quoque & perspicuitatem omnem fortuntur hæc præcepta non modo e Divina auctoritate, verum etiam eorundem analogia cum ratione; qua per felicissimam revelationis ansam reviviscente, admirandum fuit cernere, flagrantissima humani generis feclera obmures ere, supinam idolatriam, superstitionem, servitutem, humana sacrificia & crudelitatem cereraque e finibus Christiani orbis prorsus exterminata. Quæ ingens mirabilisque morum permutatio, brevi tempore summoque cum successu peracta, tatis sit documento, eam alii non deberi origini quam religioni Christi. antiquam gentilium superstitionem ac depravationem fortiter, sed sine armis aut fraudibus, publice sed omni cum moderatione, oppugnanti, evertenti. Neque quisquam objiciat, adhucdum in politioribus nonnullis civitatibus non omnem proscriptam esse inhumanitatem, bellaque religiofa multoties orbe vexasse christianum Hæc enim omnia aperte repugnare

etiam teteri ex ævo Christiano Philosophi gentilium sua, ex purissimo Religionis Christianæ fonte irrigaverint arva Concedamus oportet, plerosque nondum Apostolica scripta oculis usurpasse suis, interim tamen negari nequit, ex Frequenti consortione aut ipsam per famam, multa in Philosophi in gentilium maxime Stoicorum, illata ex præceptis Christianis fuisse, & ut verbis BRUCKERI in *Instit. Hist. Phil.* utamur "haud pauca Christianorum præcepta imiti sunt, ita tamen, ut mutato sensu salva maneret Stoici Systematis integritas. Cfr tamen qua sagacissimus SCHRECK observavit in suo *Kirch. Gesch.* P. 3. p. 76 seqq.

gnare religioni nostræ, neminem latere poterit, qui præconceptis non fascinatus opinionibus religionis naturam & fata vel levius indagare voluerit. Quum vero ad angustiam velut redacti videantur, qui Christi nomen indignius ferre solent, summam hanc ex revelata religione mutuatam lucem de vera animi humani emendatione, gentilismo interre non dubitarunt, quemadmodum Julianus quondam Imperator <sup>e)</sup>; quod satis superque indicio sit, eos omnes in confessio habuisse, veram generis nostri restitutionem ad religionem non minus quam nominatim Christi doctrinam pertinere, quamquam insulte, & refragan-te universa historia, scisciant Christum Apostolosque ejus ex ipsis Gentilismi fontibus multa immo omnia hauiisse, aut saltem cum iis communia habuisse. Neque satis mirari possumus nonnullos in comparandis antiquorum philosophorum & Christianiimi præceptis moralibus leviter ita materiem suam tractasse, ut colligerent, nihil fere novi per Christum in morum illatum fuisse circulum, quod ab antiquis non antea jam tactum fuerit <sup>d)</sup>. Sic ergo, (ut morum & virtutis heic prætermittamus theoriam) summam simplicitatem veritatis non assecuti sunt, qua Divinus humani generis restaurator ad puritatem mentis ab omnibus non modo viriis sed quoque pravis affectibus desideriis, sensibus ac cogitatis, ad odium peccati cuiuscunque generis continuum excitabat & consummatissimo suo comprobabat exemplo; supersederunt animadvertere, perspi-

<sup>e)</sup> Cfr omnino SCHRÖECK Kirchen-Geschichte, P. 6 p. 289 sequ.

<sup>d)</sup> Quid si vel maxime meliora in gente sua docuerint Philosophi, Solon & Bias in Græci, Tullius in Itali, Confucius in China & Anacharsis in Scythia, et. sparsa tamen ea omnia erant, imensis obruta dubiis & omni auctoritate destituta; unde jure inferimus, doctrinam morum iis fuisse admodum mancam.

perspicuam hanc Christi præceptionem ex sublimi ejus pependisse natura, qua legum Divinarum æque ac perfectionum certissimam ipse habuit ideam, e nulla aliorum derivatam institutione, quum e contrario ipsi antiqui philosophi ne quidem tangerent, sed alto supercilio hoc spernerent moralitatis veræ principium, in emendatione mentis positum, quo spredo & neglecto ut fontes ipsos moralitatis sibi & generi humano occluderent necesse erat; nulla enim virtus ad perfectionem quædam promoveri unquam absque infirmitatis, & modestia sensu poterit. Nec est quod quisquam inferat, Deum utpote sanctissimum Creatorem legibus suis non potuisse alium dare habitum, quam qui ad absolutam naturarum intelligentium ferat perfectionem, omnemque respuat restitutionis modum; quasi Deo indignum esset, mentem humanam, erroribus vitiisque inquinatam, in veritatis virtutisque retroflectere semitam: Quis vero est, qui experientiam ipsam malorum non videat summi Numinis sub moderamine ad incrementum tendere moralis nostræ naturæ, adeoque modestiam ipsam & resipiscendi studium, tot animum flectentibus rationibus, initium veræ moralitatis constituere.

Supereft ut demonstremus, hanc acerrimam tristissimamque cum sensualitate vitiola pugnam, hunc continuum horrorem, hunc nisum omnem superandi imbecillitatem, summam inde sortiri efficaciam in emenda humana mente, quod auctoritate nitatur Divina & optimo concentu cum idea Divinæ majestatis congruat, quæ ipsa nihil agere aut promovere potest, quod sanctum non sit, nec bonitatem suam per Christum promulgatam menem persuadere debeat, nisi eadem cum recipiscendi studio sincero fuerit conjuncta. Hujus vero præcepti auctoritas latet in ipsa Divina voluntate, quam de novo promulgauit Christus. Et quamquam facile dabimus, doctrinam ipsam

ipsam Christi omnemque moralitatem ex internis ejus criteriis atque analogia cum humana natura ejusque indigenia potissimum definiri; dabunt tamen nobis vicissim philosophicæ religionis s. rationalismi fautores, fidem externam æque necessariam esse, hancque niti Divina Christi missione, miraculorum obsignata pondere. Hoc vero ipsum est, quod scrupulos, ubi nulli tamen sunt, movere solet nonnullis, quando præceptorum Christi moralium obligandi vim ex Divina ejus repetimus dignitate; quasi certum non sit, moralitatem in universum omnem ex Divina derivandam esse auctoritate, & quasi studium Deo placendi alias haberet causas, quam Dei supremi voluntatem. Ut vero primum hoc concedatur, quod iniquum esset non concedere, vitæ totius restitutionem & pietatem, utpote a Deo ipso nobis præscriptam & rationi nostræ analogam, ad Deum velut fontem ac caussam redire; ita etiam ad intelligendum facile est, Christum Dei nomine & auctoritate jobentem omni veneratione & fide prosequendum esse. Qui vero huic fidei & auctoritati pervicacius reclamant, inficeræ plebeculæ eandem reservantes, novam vero sibi metipsis lucem ex ingenii humani absolute autonomy repetentes, nae illi quidem omnem religionis subvertere dignitatem putandi sunt e).

Positis

- e) Uerioris quamquam indaginis sit, recentissima resumere ac censura perstringere, non Deistarum quidem aut hostium Christiani nominis, sed Theologorū, quos nominare non opus, placita, quibus præcipitanti s. tis judicio ponunt, "revelatam morum doctrinam contradictionem esse," adeoque nihil argumenti pro practica Christi religione ab ejus supernaturalibus eventibus factisque desumere posse, breviter tamen rem ex nostra sententia expediemus; Quod si jam certum esset, quod postulat, certam de Jesu doctrinam persuationem, miraculis ejus niti non posse, eodem jure statueret quis omnem morum doctrinam, ex aliorum institutione hablam, contradictionem involvere & superfluam esse, immo falsam;

Positis vero hisce de morum restitutione momentis,  
pronum erit de eorundem perfectione & continuo incre-  
mento

---

quid enim est, quod homo, san ratione gaudens, proprio non  
assequi possit marte? An quisquam suum nobis faciet urgendo, re-  
velationem moralitatis virtutisque per se indignam esse Deo, quum  
indigentia humani generis il manefesto postulaverit? An intia  
humani animi carere hoc poterit modo ad virtutis plenissimam per-  
veniendi metam? Sit vel maxime hæc ipsa morum theoria rationis  
principiis au loga; summum tamen robur aliudene sumet, quam  
ex eo, qui solus ac primus & nndem ab erroribus ambagibusque yis-  
die vit? Annom possibile fuit aut probabile, providentiam ipsam  
Divinam per revelationem h. c. propiorem institutionem id esse-  
cile & procurasse, ut evidentera, promptiora & efficaciora ferent  
præcepta, in quibus hæserint sagacissimi dudum viri. Sed mirum  
est, quam præpostere multi judicandi omnem antevertant ordinem,  
ubi religionis christiana agatur causa. Primum enim, in omni-  
bus aliis caussis (quidni in h. c. causa) erit, de ipso facto inqu-  
rere; potterius de modo et jure. Qui aliter judicant, summa ini-  
miscent necesse est. Ad illud quod attinet sive de facto, nemo  
quidem negabit, virtutis ideam & practicam ejus formam univer-  
sam implieit in prorsus & spinosis innexam disceptationibus aeo  
antechristiano, in lucem vero per Christum reapse productam, fu-  
isse. Nec antea quin hoc certissimis renuntiatum eversimque fue-  
rit testimoniis, de jure & modo convenit præcipere, revelatio-  
nem omnem in morum doctrina superflui esse, aut rationis con-  
trariam dignitat. In facto omnino est & satis omnium calcu is  
approbatum, qui proprius historiam coalere voluerunt, morali-  
tatem per Christi sublimem doctrinam fuisse restitutam, tacentibus  
ceteris omnibus ex antiquo aeo; Cur ergo modus ipse, qui nullus  
alius esse potuit quam supranaturalis, pertinaciter torquendus con-  
tra historiam erit? Idem quoque in ipsis argumentis pro superna-  
turali hujus religionis auctoritate adferri solitus, tenendum. Fru-  
stra enim mir eolorum & vaticiniorum possibilitas apodicticis quis-  
busdam decretis philosophorum infringitur, antequam evictum sit,  
utrum vere facta sint & innotuerint, nec ne. Qui vero certitudi-  
nem omnem historicam evertere satagunt eo, quod possibilitem  
eventuum, de quibus tamen nemo tam temporis dubitat, nec  
conjurata hostium manus quidquam contra proferre potuit, infrin-